SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 174r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dat Nam sine gladio huius iusticie Res p. tu-
te non agitur Non tute quod adquisitum est conseruatur
non ab hoste defenditur non tute per viam incedit
Non tute dormitur Non tute homo aliquid operatur
hoc enim gladio tuta est innocencia punitur malicia
frenatur audacia atteritur superbia Secura red-
duntur castra ciuitates et regna. Vnde iusticia
est illa gemina que Epistites est appellata cuti-
lans et rubicundus cuius officium est hominem tutum ser-
uare sediciones arcere locustas i. malos homines de-
terrere et nebulas et grandines. i. guerras a
terris expellere Sed notandum quod hec iusticia
debet fieri amore mouente prudencia dirigente
Fortitudine roborante temperancia refrenante et
corde condolente et compaciente. Dico primo quod est
facienda amore mouente et nulla animi perturba-
cione ranchore nulla demonis uel hominis sugges-
cione sed solo amore iusticie ad hoc moueatur
Secundo est faciendo prudencia dirigente causam exa-
minante crimen cognoscente persone statum decer-
nente scandalum attendente ut sic solus dei secundum
sciam. Tercio est facienda fortitudine roborante
et ueritate cogita Ab ea nulla amicicia nulla
inimicicia nulla pecunia nulla precio uel causa pos-
sit aduerti. Quarto est iusticia facienda temperan-
cia refrenante quia nisi frenum habeat non est iusticia
sed crudelitas. Qui enim minis emungit eicit sangui-
nem. Vnde sentenciam sapientis semper attendendum
est ne quid nimis. Non est enim hominis officium persequi
totam culpam sed cum multa misericordia est
hominis castiganda persona et semper magis ad miam
declinandum est quam ad iusticiam Quia et deus ad hanc
est prouior quam ad illam Nota ergo quod per hominem
super quam pati valeat punit. Non enim corrigit sed
peruertit non ad penitenciam sed ad desperacionem induc-
it Nam et si castanea non intercisa sine spiraculo i